215

# Responsum Valensteinij ad Literas Regiæ Mttis.

Sacræ Regiæ Mttis Vestræ Literas de data 22. Julij recte accepimus et quid ratione prætensionis apud Futuros Tractatus ad Nos perscripserit abunde intelleximus Et sicuti Regiæ Mttis Vestræ postulatio justa, Nos quoque omni occasione percupiamus quæ ad ejusdem Augustæque Domus Regiæ dignitatem et integritatem eorundem Regnorum et Provinciarum spectare videbuntur promovere, Quocirca Regiæ Majestati Vestræ celare non possumus, simulque assecurare, quicquid pro parte Nostra inista Tractatione pacis ad consequendam intentionem Regiæ Majestatis Vestræ in uno aut altero præstare omni cura procuraturos etc: Datæ in Castris ad Schweidnicz Die 13. Septembris 1633.